

50

de alburgueras enba
 Diario A los Ill. de Car
 de Inquidicion pro
 do Lope el Conde de
 Rey Maria Legado
 de Abiape di do.

Sancti Patres, qui uel asseueranter dicunt,
 uel expresse insinuant Beatam
 Virginem non fuisse conceptam
 in peccato originali.

Sanctus Ephrem (cuius summam in Ecc. Graeca auctoritatem commemorat Hieronymus) in orat. ad Dei Genitricem ita habet. Immaculata, et intemerata, incorrupta, et prorsus pudica, atq. ab omni sorde et labe peccati alienissima. Quomodo alienissima, imo aliena ab omni labe peccati, si labem habuit foeditissimam originalis peccati?

S. Ambrosius in psalm. 118. octonario 22. ad illa uerba. Erraui sicut ovis, qui perijt: Suscipe inquit, me non ex Sara, sed ex Maria, ut incorrupta sit Virgo, sed Virgo per gratiam ab omni integra labe peccati.

S. Hieronymus in psalm. 77. ad illa uerba. Deduxit eos in nube diei. ait. Ecce Dominus uenit in Aegyptum saeculi istius super nubem leuans Virginem Pulchre dixit diei; Nubes enim illa non fuit in tenebris, sed semper in luce. Haec ille. Quomodo autem semper in luce, si aliquando in tenebris peccati originalis?

S. Augustinus lib. de natura, et gratia c. 36. De Virgine Maria propter honorem Domini nullam prorsus cum de peccatis agitur, habere uolo questionem: Vnde enim scimus quod ei plus gratiae collatum fuerit ad uincendum omni ex parte peccatum, quae concipere ac parere meruit eum, quem contat nullum habuisse peccatum. Huius loci uim non infirmant Patres Dominicani dicendo sanctum Augustinum hic agere de solis peccatis, nec loquutionem actualibus. Tenim sanctus D. indefinite de omnibus loquitur peccatis nec loquutionem determinauit ad aliquam peculiarem speciem peccatorum sed de omnibus peccatis in genere loquitur, est de quibus ait nullam se uelle propter honorem Domini.

habere questionem cum de Beata Virgine agitur. = Preterea, honorem
plus extenuat peccati originalis foedissima macula in matre quam de
aliquod peccatum ueniale. Atq; in hoc sensu Augustinum intellexit
serm. 4. in Salve regina apud Bernardum intellexeruntq; grauissimi
scholastici. Et licet admitteretur eum de solis loqui actualibus, ut
uolunt Patres Dominicani adhuc faceret quammaximè hic locus, dum
lib. 5. contra Iulian. c. 15. tanquam certissimam statuat regulam
qui non fecit peccatum non habuisse peccatum; seu clarius, eum qui
habuit actuale nec habuisse originale: Verba Sti. Doctoris sunt dicitur
de Christo. Profecto peccatum etiam maior fecisset, si paruulus
set. Nam propter eum nullus est hominum praeter ipsum, qui
non fuerit grandioris aetatis accessu, quia nullus est hominum
sum qui peccatum non habuerit infantilis aetatis ex ortu. Sed
Augustinum in p.^o loco ex mente, et unanimi consensu Patrum
nicanor, B. Virgo nullum habuit peccatum actuale, quod etiam docet
pense Conc.^m Trid.^m ergo ex mente D. Augustini in hoc potestatem
quam habuit peccatum originale.

Author etiam sermonis 20. ad fratres in eremo apud eundem Augustinum in app
tomi 10. ita habet. Propterea Maria mater electa est, et super omnes creaturas
omnibus gratijs foecundata omni uirtute, et Sanctitate in uero repleta
mundissima matre mundissimus filius naceretur. Et sicut in coelo filius
patrem immortalens, et aeternum sic et in terra haberet matrem om
tione carentem. Igitur in coelo qualis est pater talis est filius, et in ter
tis est mater, talis est secundum carnem filius.

S. Hieronymus lib. de Virginitate Sanctae Mariae. Quomodo fuita Sancto ex
plente non sine peccato originali fuit, cuius etiam natiuitas gloriosa
troni Ca. Christi ab omnibus felix, et beata praedicatur? enim
beata esset, et gloriosa nequaquam tam festiua celebraretur ubiq; ab

Id quia tam solemniter colitur constat ex auctoritate Ecclesie, quod nullus quando nata est subiicit delictis, nec contraxit in utero sanctificata originali peccatum. Paulo infra constat eam ab omni originali peccato immunem fuisse, per quam non solum maledictio matris, sed soluta est, verum etiam, et benedictio omnibus condonatur.

Idem inferius. Nullas audivit sacratissima mater Deum contumelias inculisse non gemitus, non dolores, non arumenas, non ullas viscerum vexationes, non ullas dira tristitia corruptiones, quia hac omnia in prima origine illata sunt iudicta, et retributionis iustissime prima precavationis. A quibus omnibus B. Virgo Maria quantum est aliena a culpa tantum procul dubio libera fuit a dolentibus, et poena.

Idem Damasc. orat. i. de natiuitate parum post principium. O beatos Joachimi lumbos, ex quibus prorsus immaculatum semen fluxit. O preclaram Anna uelutero in qua tacitis incrementis ex ea auctus atq. formatus fuit foetus sanctissimus.

Idem ibidem. O sanctissima Joachimi, et Anna filia, que principatus ac potestates fessisti, atq. ignea maligni tela extinxisti, que in spiritus thalamo uersata es, atq. immaculata conseruata in Dei sponsam.

Idem orat. 2. de assumpt. post med. Ceterum Rex ipse ad matrem suam uenit, ut diuini sui, et purissimi manibus sanctam ac puram ac labis expertem spiritus animam susciperet. Atq. ipsa quidem, ut a uero non abhorret. Dixit. In manus tuas commendo spiritum meum. Animam meam tibi caram accipe, quam a peccati labe puram seruasti.

Idem ibidem. Ad hunc paradisi aditum non habuit.

S. Anthonij Cressen orat. in Natalem B. Virginis, que incipit. Precium quibus nobis festiuitatum etc. Et habetur in Vaticano inter alia opera eiusdem Cressenij manuscipta graeca; Latine uerbaliuer edita habet haec uerba. Quia et omni prorsus labe carentem hanc Virginem e tota natura deligit, in qua



naturam nostram nouo modo ex nobis efformans, nouus Adam exiit
Ab creator.

Seculus Presbiter lib. 2. operis pauhalis ad principium.

Et ueluti è spinis mollis rosa uirgit acuis

Nil quod sedat habens, matremq. securat honore.

Sic Aus de Hirpe. laura ueniens Maria

Virginis antiqua facinus noua Virgo parat.

S. Iuo Camoreid som. denatiuit dom. qui habetur tom. i. auctarij Bibliothecae
Patrum impren. Paris. Omnem neuum tam originalis, quod actualis

in ed Dominus deleuit. Vbi aequaliter ait Deum originalis, et actualis

in neuum in Virgine deleuit, sed actualis deleuit preueniendo seipsum
uando ergo similiter, et originalis.

S. Germanus Constantinopolis. De ueneranda uirgine Dei pare. c. i. in ill
86. Gloriosa dicta sunt de ce Ciuitas Dei. Existimo manifestissime

ulla contradictione dicere eam que uere est electa, et omnibus superior

morum excellentia, et altitudine excitatorum adificiorum sed diuina

blimium uirtutum magnitudine, et puritate omnibus antecedente

nulli penitus culpa affinem.

S. Iota doctissimus uir in lib. contemp. contemplatio de B. Virgine c. 2.
gulehra es in tua Conceptione. Paulo inferius. Tua gloriosa anima

unquam affuit turpitudinis uicij aut peccati, et nihil defuit spirituali

fortitudinis gratia et uirtutis.

Idem. Iota gulehra es Virgo gloriosissima non in parte sed in toto, et macula
mortalis siue uenialis siue originalis non est in te nec unquam fuit

Idem c. 6. Inuenisti Virgo Maria gratiam caelestem, quia fuerunt
ab originis labe preseruatio angelica salutaris spiritus sancti uis

S. Bruno in psalm. 101. ad illa uerba Dominus de celo in terram

Ita loquitur de B. Virgine. Hæc est enim incorrupta terra illa, cui benedixit Dominus ab omni propterea peccati contagione libera.

S. Petrus Damianus serm. de assumpt. Caro Virginis Mariæ ex Adam assumpta, maculosa. Adæ non admittit.

S. Fulbertus Carnotens. ut refertur in glossa ordinari Lugdun. et Francigeni in salutem Angelicam. Immaculata semper existit ab exordio sue creationis.

S. Anselmus præterquam in duabus integris Homilijs, et epistola eisdem ad Episcopos Angliæ largivimè et clarissimè docet Virginem à peccato fuisse præservatam, et eius conceptionem sanctam esse celebrandam; celeberr. est inter Doctores pro conceptione immaculata ille locus apud eundem lib. de Conceptu Virginali c. 18. Dicebat ut illius hominis Conceptio de matre purissima fieret. Nempe

decens erat, ut ead. puritate qua maior sub Deo requirit intelligi. Cuius loco S. Thom. in i. d. 44. ar. 3. S. Bonau. in serm. i. 2. et 3. de B. Virgine cum

plurimis alijs Doctores intulit non fuisse peccatum originale in Beata Virgine, nec enim aliter intellexerunt, quando non potuerit esse maior sub Deo puritas, quia maior est illa, que est ab originali, et actuali innocentia, quam ea que est ab actuali solium.

Idem ibidem c. 20. loquens de Christo inquit. Quoniam de iusto patre secundum divinam, et de iusta matre secundum humanam naturam, iustus ab ipsa origine ut ita dicam sit natus est, non incongrue pro originali iniustitia quam omnes filij Adæ habent à sua origine iustitiam originalem habere dicendus est.

Quasi vellet referre originalem Christi innocentiam ex parte divinitatis ad Deum quia Deus erat, et Dei filius, et ad Beatissimam suam Genitricem quia omnino iustus, et sanctus fuerit, et ex parte humanitatis ab ea traxerit originalem iustitiam.

in Commentarijs ad Epistolas Pauli, qua inter eius quædam circumferuntur in epist. 2. ad Cor. c. 5. ad illa Verba Ergo omnes mortui sunt, ita habetur omnes



17.
mortui sunt in peccatis nemini propter excepto, dempta matre Dei sine
Libus siue etiam uoluntate adletis.

Et inc. 8. Epist. ad Rom. ad illa uerba. De peccato damnauit peccatum dicit

diuinitus exemptam à peccato, et propterea nec mortuam propter peccatum.
S. Bernardus licet canonicos reprehendens iugiter quia eos celebrasse pu-
primam Virginis Conceptionem, de conceptione scilicet uel commixtionem
generalis, in qua optime offendit non potuisse esse sanctitatem, tum
libidinem, quam in coitu interuenisse iudicauit, tum quia tunc non em-
ma aut subiectum carnis gratia, alij tamen in hoc à peccato origina-
nam fuisse perspicue docet.

In homilia 2. super matrem orb. ad princip. ita habet. Primi factor hominum
feret, natus de homine talem sibi ex omnibus debuit deligere im-
condere matrem, qualem et se de uero uidebat, et sibi nouerat placitum
Luit itaq. esse Virginem, de qua immaculata procederet omnium
purgationis.

Item in sermone de Natiuitate Mariæ ad med. Pura siquidem humanitas
non modo pura ab omni contaminatione, sed et pura singularitate natura.

Item serm. de B. Maria, qui incipit. Que Maria gratia plena pro-
sica ait, de lignis u. scilicet condita est archa, in qua thuribulum
et uirga sunt recondita, quia licet Maria de sacrum natura
uitiata, duxerit originem, preterita tamen per spiritum scilicet et
uata ad purum, Deum nobis protulit et hominem.

Item in serm. 13. de cetera Dni apud eundem. Non est in filijs hominum
uel panus, tanta predictus sanctitati nec tanta religionis puritatis
qui non in peccatis fuerit conceptus, preter matrem immaculati peccati
facienti, sed peccata mundi tollenti, de qua cum de peccatis agitur
propter uolo habere questionem.

Item in Sermon 4. In Salve Regina apud eundem Paris est Libani Libanus mons, qui dicitur dealbato, altam pro omnibus signat innocentiam tuam Immaculata fuisse ab originalibus, et actualibus peccatis. Nemo ita preser et. Inde auctoritas Augustini cum de peccatis agitur, nullam de B. Maria volens fieri mentionem. Ex eo enim maiorem credimus et collatam virtutem ad vincendum omni ex parte peccatum. Ex omni inquit parte hoc est ea parte originalis, et ex parte actualis peccati.

Thomas Aquinas quantumvis in 3. p. Summa et in alijs locis dicit B. Virginem fuisse in peccato conceptam, attamen alijs etiam plerisque in locis contrariam docet vel manifeste insinuat. Sententiam Ciceroni in i. Sent. d. 49. q. i. art. 3. ad 3. m. ita habet. Ad 3. m. dicendum quod puritas intenditur per recessum a contrario, et ideo potest aliquid creatum inveniri quo nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla contagione peccati inquinatum sit; et talis fuit puritas B. Virginis, quae a peccato originali, et actuali immunis fuit: fuit tamen sub Deo in quantum erat in ea potentia ad peccandum.

Idem ibidem d. 17. q. 2. ar. 4. ad 3. m. explicans illa verba Hieronimi superius relata scilicet Virgo Maria ea puritate debuit nitere, quae maior sub Deo nequit intelligi. Sicut. Ad illud quod obijciatur de B. Virgine dicendum est quod differt puritatis augmentum, et charitatis: augmentum enim puritatis est secundum recessum a contrario, et quia in B. Virgine fuit depuratio ab omni peccato, ideo pervenit ad summam puritatis sub Deo tamen, in quo non est aliqua potentia deficiendi, quae est in qualibet creatura quantum in se est; charitatis autem augmentum est per accessum ad divinam bonitatem, et ideo non habuit B. Virgo summam charitatem, quae maior non potest intelligi, quia etiam proficit in charitate, et gratia. efficax est testimonium quippe in quo dicit non habuisse augmentum puritatis, nec in ea profecit recedendo a contrario peccati, in contrarium puritatis, vel



quod aliquando habuerit maius augmentum puritatis, quia semper
pura ab omni labe.

Idem super psalm. 14. in illa uerba, Qui ingreditur sine macula et uirga
in Christo, et Virgine Maria nulla omnino macula fuit.

Idem super psalm. 18. in illa uerba, in sole posuit tabernaculum humerum
ait. Post corpus humi prosuit in sole. B. Virgine que nullam
obscurationem peccati cont. 4. Totus pulchra es amica mea, et macula non

S. Bonaventura in 2. sermone de B. Virgine ad finem comi 3. probat
ait. Dico primo quod Dna nra fuit plena gratia preueniente in huius
sacramento gratia scilicet preseruatua contra peccatum originalis culpe
contraxisset ex corruptione nature nisi speciali gratia preueniente
fuerit. Solus enim Virginis filius fuit ab originali culpa immunus
mater eius Virgo. Quedam est enim quod nouo sanctificationis gratia
in eius conceptionis primordio spiritus sanctus eam ab originali peccato
quod infuit, sed quod infuit redemit, atq. singulari gratia preser
uit. Hec ille. idem docet in sermone p. et 2.

Idem in quinculo contemplationis ad finem comi 6. (in quo uariis meditationibus
singulas feras per flores, et fructus distribuit) in meditatione ferarum
sic habet.

Flor Quintus

Jesus promotor prouidus materno dignitatis

Ad nonam tres fructus attende

Mariæ mirabilem Conceptionem absq. inquinacione

Quellæ mirabilem educationem in templi oblatione

Virginis mirabilem sponsatione Joseph copulatione etc.

Idem in uetusto Codice sermonum de sanctis ante centum annos excusum
seruatur in conuentu sancti Stephani de N. Mis. prope Cuiusdam

51 47

Sermone de Annuntiatione ita habet. Quam ergo gloriosa est Domina, que
culpa caruit uniuersaliter intellige de actuali, et originali.

S. Bernardinus Lenerd tom. i. Serm. 52. art. i. c. i. Explicans illud primum
salutationis Angelice uerbum Aue sic ait; Secundo modo in Virgine per
Aue Natura excellentia notatur quia ab alio triplici uel immuni fuit
scilicet concupiscentia culpa, et poena, fuit enim B. Virgo sine primo uel
hoc est sine tyranno concupiscentie peccati originalis, quia sine eo conceptus est
sicut testis Salom. cant. 4. didicimus qui ait Sola pulchra es amica mea,
et macula (scilicet originalis culpa) non est in te. Hac ille

Idem tom. 4. Serm. 49. de amore glorioso qui incipit Ecce quam bonum, sic ait;
Sed quia Christus non cecidit in aliquo peccato Conceptionis, nec actualis,
et similiter B. Virgo, ideo non dicuntur hurgere sicut omnes ceteri homi-
nes, qui ceciderunt, et cadunt ab Adam uera per peccatum originale tamen,
uerum B. Virgo fuit concepta in peccato originali. Calena non damnat,
sed magis pius est credere quod non fuerit in peccato concepta quam credere
quod sic et c. Hac ille.

S. Lauren. Justiniani lib. de casto connubio uerbi, et anime inquit. Hac
est originalis poena delicti a qua nemo quamuis ea imia possit sanctitate
liber fieri; quot quot enim ex ipsa nati sunt propagine excepto dumtaxat
meditatore Dei, et hominuro Christo Iesu, et ipsius matre, ubi hac peccati
lege sunt conditi. Hac ille

Idem in opere quod ante mortem potremum scripsit; Ab hoc quippe originali peccato
nullus excipitur prater illam que genuit mundi saluatorem. Hac ille

S. Vincentius Ferrer Serm. de Conceptione ait; Quinto Conceptio est materna,
et quando B. Anna in utero suo sancto ipsam concepit, et de illa hodie
fit solemnitas. De nullo sancto fit festum Conceptionis nisi Christi et
Virginis. Hac ille

Idem ibidem Quando corpus gloriose Virginis Marię fuit organatum, et
et anima coniuncta organo per creationem tunc Alissimus sanctificatus
tabernaculum suum.

Idem Item de Nativitate. Maria inquit: Quinta clausula est Dixit
facta lux. Ecce Conceptio Virginis Marię et c. et passim in scriptis
dicitur illa benedicta generatio Virginis Marię quod sine labe et culpa
et etc.

Idem ibidem inferius: Sexta clausula est et facta est lux; Ecce sanctificatio
Virginis Marię. Non credatis quod fuerit sicut de nobis, qui in peccato
concepimur, et nascimur, et nutriamur, quia si ante baptismum fuisset
mortui damnaremur in limbo. Intellige, sed statim postquam corpus
formatum, et anima creata, tunc fuit sanctificata. Ideo fit festum
eius Conceptione, quia facta est lux, scilicet sanctificationis in eo, et
Angeli in celo fecerunt festum Conceptionis.

Advertendum verba Linæta esse ipsorum sanctorum.



Handwritten text, possibly a list or notes, located in the upper middle section of the page.

Handwritten text, possibly a signature or initials, located in the middle left section of the page.

Handwritten text, possibly a signature or initials, located in the middle right section of the page.